



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

VIII. Vtrùm auxilium sufficiens detur omnibus hominibus adultis,
quantumuis reprobi sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

CAPVT VIII.

Virum auxilium sufficiens detur omnibus hominibus adultis, quantumvis reprobis sint.

DE hoc puncto disputauit lib. 4. de Prædest. cap. 1. & 3. non possumus autem hoc loco illud omnino prætermittere, se seriem doctrinæ interrumpamus, eiusq. fundamentum in alium locum remittamus: agemus tamen breuiter, addendo potius nonnulla, quam dicta reperendo. Tractamus solum de adultis, quia in illis solum locum habent ad alia gratiæ auxilia, ut diximus; obiter tamen & per quamdam æquiparationem aliquid de infantibus attingemus. Ratio ergo dubitandi est, quia Deus non vult saluare omnes homines reprobos; ergo non dat omnibus illis sufficientia media, vel auxilia quibus saluentur. Consequentia patet, quia Deus non dat sufficientia media, nisi quibus vult dare finem, semper enim hæc inter se proportionem seruant. Antecedens verò præcipue probatur ex Augustino, qui multis in locis tractans verba Pauli 1. Timoth. 2. *Deus qui vult omnes homines saluos fieri*, non vult intelligi secundum absolutam & vniuersalem distributionem, sed vel cum distributione accommodata, id est, vult saluare omnes, qui saluantur, hoc est, nullus saluatur, nisi quem Deus saluari voluerit, vel pro generibus singulorum, non pro singulis generum, id est, ex omnibus ordinibus, seu statibus hominis; vult saluare aliquos, non tamen omnes & singulos omnium ordinum homines ita habet in Enchirid. cap. 103. & c. 9. ac lib. 4. contr. Iul. cap. 8. maxime significat fieri non posse, ut in illa vniuersitate omnium hominum paruuli omnes comprehendantur lib. autem de Prædest. Sancti. cap. 8. de solis prædestinatis distributionem intelligit, & ita videtur reprobos omnes excludere, & idem habet lib. de corrept. & grat. cap. 14. vbi cap. 15. aliam expositionem magis metaphoricam addit, quam citato loco tractauit. Et Augustinum imitatur Fulgentius lib. de Incarn. & grat. cap. 31. vbi priorem expositionem Augustini late prosequitur.

Dices hæc dicta esse ab Augustino, intelligendo illum locum de voluntate Dei absolutam, & efficaci, quam consequentem vocant, melius autem intelligi de voluntate antecedente, & sic Deum velle omnes saluare, etiam si non saluentur, & ex vi illius voluntatis dare omnibus sufficientia auxilia. Sed contra, nam hinc saltem sequitur doctrinam illam non esse certam, sicut neque illa expositio de voluntate antecedente certa est. Denique, quod magis vrget, ex illa voluntate antecedente solum sequitur dedisse Deum omnibus hominibus sufficientia media ad salutem in causis vniuersalibus; quas ad nostram salutem prouidit, non verò particulari vnicuique dare auxilium sufficiens, quod in præsentia inquirimus, & inuenire desideramus. Explicatur assumptum, quia vniuersales causas secundas salutis vocamus Christi redemptionem, Sacramentorum institutionem, præsertim Baptismi in lege noua, vel alterius loco eius in superioribus temporibus. Item prædicatio fidei per Patriarchas, Prophetas, & Apostolos. Hæc igitur & similes causæ pro omnibus hominibus institutæ sunt, non verò factæ sunt ad singulorum salutem, nisi quatenus singulis applicari possunt, quod fit per particularia

auxilia, vnicuique à Deo prouisa. Hæc autem auxilia non sunt singulis prouisa, neque omnibus in particulari dantur sufficientia; ergo.

Hæc vltima propositio probatur primò argumento paruulorum quo sæpe vtitur Augustinus: si enim videmus multos in eo statu relinqui, in quo non occurrit nullum occurrit medium sufficiens, quo possit infans applicari Baptismus, nec potest alicui hamana voluntati attribui, quod non applicetur, quia sæpe propter solam impotentiam omittitur, cur ergo non poterit idem contingere in adultis: nam multi non audiunt prædicationem Euangelij, non quia nolunt, sed quia non possunt, & ex hac impotentia loquitur, ut etiam subsequenter auxiliis sufficientibus careant, & confirmatur, quia Paulus incidens in similes difficultates de generibus in suis erroribus & ignorantis relictis, solum per causas externas, & vniuersales respondet Act. 1. vbi cum de Deo dixisset, *Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes ingredi vias suas*, quali cæcitate obiectioni respondet, dicens, *Et quidem non sine testimonio, reliquit semetipsum, benefaciens de celo, dans pluias, & tempestates fructiferas, implens cibos, & letitia corda nostra*. Hoc autem testimonium, & hæc beneficia naturalia quomodo auxilia sufficientia ad salutem esse poterunt? Vnde cap. 17. significat nationes illas sine sufficienti auxilio fuisse relictas, dicens, *Tempora huius ignorantia despicies Deus*. & ad Rom. 1. licet dicat Gentiles fuisse inexcusabiles, velque quoad peccata contra legem naturæ signa, nihilominus ob eam causam relictos fuisse sine sufficientibus auxiliis, & traditos fuisse in reprobam sententiam.

Nihilominus dicendum est Deum, quantum est ex se, omnibus adultis, etiam reprobis dare, vel offerre auxilia sufficientia ad salutem. Ita docent vera proba communiter Scholastici D. Thomas 3. contr. gent. cap. 199. & q. 14. de verit. art. 11. ad 1. Bonauent. 2. d. 28. art. 1. q. 3. ad 1. vbi idem sentit Albert. art. 1. ad 4. & Alensis 3. p. q. 69. membro 3. art. 1. & optimè Scot. in 1. d. 47. q. vnic. ad 1. & ibi Heruæus q. 2. art. 1. Richard. art. 1. q. 1. Gabr. q. 1. & alij communiter ibidem, Scot. lib. 2. de nat. & grat. cap. 18. Vega lib. 13. in Trid. cap. 13. Bellarm. lib. 2. de grat. & lib. arb. late Valent. tom. 2. disp. 8. q. 3. puncto 4. Prius autem quam assertionem probemus, oportet illam exponere. Dixi enim, dare, vel offerre, quia auxilium sufficiens proprie non datur, nisi quando homo vocatur, excitatur, aut aliquo simili dono in ipso recepto præuenitur: non est autem necesse, ut omnes omnino homines hoc modo recipient in se auxilium proprium gratiæ, possunt enim multi illud impedire, ut infra videbimus. Et ideo non dixi absolute dare omnibus, sed dari, vel offerri, quia Deus paratus est dare omnibus, & de facto dari per hominem fortasse non fiet. & simili modo licet Deus paratus sit ad dandum omnibus auxilium proximè sufficiens ad salutem, non tamen omnibus actu dat illud, sed tantum remotum, & quia illo non bene vtuntur, non dat proximum, licet de se illud offerat. Et ita de auxilio sufficiente, siue proximè, siue remotè, intelligenda est assertio, cum illa tamen limitatione, si per eos non fiet, vel, quod perinde est, sub illa distinctione, quod omnibus datur, vel offertur.

Sic ergo explicata conclusio probatur ex illo celebri loco 1. Timoth. 2. *Deus vult omnes homines saluos fieri*. Nam legitima expositio est, ut de omnibus hominibus simpliciter, & sine limitatione intelligatur, & consequenter non de voluntate antecedente, & omnino absoluta, sed de antecedente, & aliquo modo conditionem includente, debet intelligi, quia prior voluntas non stat cum damnatione reproborum, & posterior sufficit, ut Deus quantum ex se est, vult omnes saluare, &

Sicut infra mento paruulorum quo sæpe vtitur Augustinus: si enim videmus multos in eo statu relinqui, in quo non occurrit nullum occurrit medium sufficiens, quo possit infans applicari Baptismus, nec potest alicui hamana voluntati attribui, quod non applicetur, quia sæpe propter solam impotentiam omittitur, cur ergo non poterit idem contingere in adultis: nam multi non audiunt prædicationem Euangelij, non quia nolunt, sed quia non possunt, & ex hac impotentia loquitur, ut etiam subsequenter auxiliis sufficientibus careant, & confirmatur, quia Paulus incidens in similes difficultates de generibus in suis erroribus & ignorantis relictis, solum per causas externas, & vniuersales respondet Act. 1. vbi cum de Deo dixisset, Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes ingredi vias suas, quali cæcitate obiectioni respondet, dicens, Et quidem non sine testimonio, reliquit semetipsum, benefaciens de celo, dans pluias, & tempestates fructiferas, implens cibos, & letitia corda nostra. Hoc autem testimonium, & hæc beneficia naturalia quomodo auxilia sufficientia ad salutem esse poterunt? Vnde cap. 17. significat nationes illas sine sufficienti auxilio fuisse relictas, dicens, Tempora huius ignorantia despicies Deus. & ad Rom. 1. licet dicat Gentiles fuisse inexcusabiles, velque quoad peccata contra legem naturæ signa, nihilominus ob eam causam relictos fuisse sine sufficientibus auxiliis, & traditos fuisse in reprobam sententiam.

Locus D. Pauli ex Act. ad Rom. 1. explicatur.

Assertio affirmans, & ferre auxilia sufficientia ad salutem. Ita docent vera proba communiter Scholastici D. Thomas 3. contr. gent. cap. 199. & q. 14. de verit. art. 11. ad 1. Bonauent. 2. d. 28. art. 1. q. 3. ad 1. vbi idem sentit Albert. art. 1. ad 4. & Alensis 3. p. q. 69. membro 3. art. 1. & optimè Scot. in 1. d. 47. q. vnic. ad 1. & ibi Heruæus q. 2. art. 1. Richard. art. 1. q. 1. Gabr. q. 1. & alij communiter ibidem, Scot. lib. 2. de nat. & grat. cap. 18. Vega lib. 13. in Trid. cap. 13. Bellarm. lib. 2. de grat. & lib. arb. late Valent. tom. 2. disp. 8. q. 3. puncto 4. Prius autem quam assertionem probemus, oportet illam exponere. Dixi enim, dare, vel offerre, quia auxilium sufficiens proprie non datur, nisi quando homo vocatur, excitatur, aut aliquo simili dono in ipso recepto præuenitur: non est autem necesse, ut omnes omnino homines hoc modo recipient in se auxilium proprium gratiæ, possunt enim multi illud impedire, ut infra videbimus. Et ideo non dixi absolute dare omnibus, sed dari, vel offerri, quia Deus paratus est dare omnibus, & de facto dari per hominem fortasse non fiet. & simili modo licet Deus paratus sit ad dandum omnibus auxilium proximè sufficiens ad salutem, non tamen omnibus actu dat illud, sed tantum remotum, & quia illo non bene vtuntur, non dat proximum, licet de se illud offerat. Et ita de auxilio sufficiente, siue proximè, siue remotè, intelligenda est assertio, cum illa tamen limitatione, si per eos non fiet, vel, quod perinde est, sub illa distinctione, quod omnibus datur, vel offertur.

Explicatur quomodo Deus deus vel offertur auxilia sufficientia reprobis.

Probat ex 1. Timoth. 2. citat.

Deus intel-
ligi potest
voluisse om-
nes ho-
mines sal-
uos fieri,
vel antequam
generalem
lapsum.

vt ex vitalis voluntatis omnibus offerat sufficien-
tia auxilia ad salutem consequendam. Atque ita
exposuit Damascenus locum illum lib. 4. de fide
cap. 29. in fine. Ambr. lib. 2. de Paradis. cap. 8. Iren.
lib. 4. cap. 22. Augustinus & Prosper locis infra
citandis, idemq; in dicto loco de prædest. latè de-
clarauit, & ex contextu & Patribus latè ostendi. Vt
verò amplius confirmetur, aduerto duobus modis
posse intelligi, voluisse Deum ex æternitate omnes
homines saluare; vno modo primaria voluntate,
quæ intelligatur in eo fuisse priusquam humanæ
naturæ generalem lapsum præuidisset, & hoc mo-
do facillè intelligitur habuisse Deum illam volunta-
tem erga omnes homines, & ex vi illius omnibus
prouidisse media ad salutem consequendam neces-
saria. nam omnibus quantum in se est, contulit ori-
ginalem iustitiam in primo parente, qui tan-
quam totius generis caput pro omnibus posteris
illam accepit, cum auxiliis sufficientibus ad illam
conseruandam, si velit: ergo secundum illam vo-
luntatem, & prouidentiam antecedentem (vt sic
dicam) lapsum humanæ naturæ omnes saluare
Deus voluit, & sufficientia media omnibus obtulit,
& sicut modo dedit: sicut etiam omnes Angelos sal-
uare voluit, & sine ulla dubitatione omnibus suffi-
cientissimè media & auxilia præbuit, licet multi
malè eis vti fuerunt, quod certè Deus non ignora-
uit, & secretè iudicio permisit. Et ratio omnibus
communis est, quia veramque naturam, Angeli-
cam, & humanam, Deus propter supernaturalem
beatitudinem consequendam creauit, & ideo ad e-
iusdem prouidentiam pertinuit vtamque per suf-
ficientia media ad eum finem dirigere, quæ prou-
dentia illam voluntatem saluandi omnes, quan-
tum in se est, supponit: hic autem sensus nobis non
sufficit, quia loquimur de hominibus, prout nunc
existunt, & per diuinam prouidentiam ad æter-
nam salutem, non obitante primi hominis lapsu,
ordinantur.

vel post
eandem la-
psum, &
hic sensus
D. Paulo
intencus
fuisse pro-
batur.

Alio ergo modo intelligendæ sunt illa verba
Pauli de omnibus lapsis, & prout nunc ex vitata
radice nascuntur, qui sensus sine dubio est inten-
tus à Paulo. Primò, quia necessarius est, vt ra-
tio eius sit efficax: obsecrauerat enim rogare pro
omnibus hominibus, vtique mortalibus & pec-
cato infectis, prout nunc existunt, & rationem
reddens adiungit. Hoc enim bonum est & acceptum
coram Salvatore nostro Deo, quod omnes homines vult saluos
fieri: ergo necesse est, vt de eisdem hominibus
hoc intelligat, pro quibus mysterio nomine Salua-
toris & verbo saluandi vsus est, vt denotaret non
obstantibus peccatis orandum esse pro omnibus,
quia omnes Deus saluare vult, imò etiam addi-
dit, & ad cognitionem veritatis venire, quo indica-
uit, etiam infideles omnes sub ea distributione
comprehendi, quia illos etiam Deus vult illumina-
re, & saluare.

Secundò hoc maximè confirmat alia ratio ab
eodem Paulo subiuncta. Vnus enim Deus, vnus &
mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui de-
dit redemptionem semetipsum pro omnibus. ac si diceret,
sicut vnus est Deus, qui omnes homines ad beati-
tudinem ordinauit, ita est vnus & idem Deus,
qui eosdem homines à se per peccatum auersos, &
ab illa felicitate extorres saluare voluit, & vnum
mediatorem illis dedit, qui semet ipsum in re-
demptionem pro omnibus daret, pro omnibus
moriendo: non est autem Christus mortuus pro
innocentibus, sed pro hominibus lapsis; nam,
vt idem Paulus ait, 2. Corinth. 5. Si vnus pro om-
nibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus
mortuus est Christus, ipse enim est, (ait Ioann. 1. can.
cap. 21. propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris

autem tantum, sed etiam pro totius mundi; ergo sicut
omnes homines lapsos redemit Christus, ita etiam
omnes voluit saluare Deus, nam ex illa volunta-
te vniuersalem redemptionem omnibus dedit. Ergo
ex eadem omnibus, quantum in se est, suffi-
cientia media & auxilia salutis prouider & con-
fert. Nam Christi redemptio, sicut pro quibusdam
est efficax, ita pro omnibus est sufficiens: ac subin-
de omnibus meruit sufficientia media, & pro om-
nibus Deum placauit, & non obstantibus peccatis,
eis necessaria salutis subsidia, quantum in se est,
non denegat.

Et hunc sensum etiam confirmat verbum de
præsenti vult, quia si post lapsum naturæ non ha-
buisset Deus voluntatem saluandi omnes homi-
nes, non obitante illo lapsu, licet antea habuisset
voluntatem saluandi omnes homines, si in statu
iustitiæ originalis permansissent, non posset dici
nunc velle saluare omnes, quia iam, vt more no-
stro loquamur, illam priorem voluntatem mutaf-
set, id est, mutatis rebus ab illa destitisset: non au-
tem ita, (ait Paulus,) sed non obitante peccato
nunciatum vult omnes saluare, & ad cognitionem
veritatis venire. sub quibus verbis videtur media
salutis sufficientia, tamquam in radice compre-
hendisse, nam qui vult salutem, consequenter vult
sufficientia salutis auxilia præbere. Atque in
hunc ferè modum explicant latè locum illum Pro-
sper lib. de vocat. gent. cap. 12. aliàs 4. vbi verba
Pauli tractare incipit, & hanc partem prosequi-
tur lib. 2. cap. 1. 5. 7. & 8. aliàs 2. 19. 23. & 25. & in
hoc ultimo loco dicit ex beneficiis Dei monstrari
voluntatem, quam habet saluandi homines, vt-
que à posteriori; dat enim omnibus sufficientia
auxilia, quorum causa est ipsa voluntas, & ideo
à priori ex voluntate illa Dei assertionem nostram
demonstramus. Eandem expositionem habet ad 2.
obiectionem Vincent. & d. 8. Gallorum, vbi etiam
ait, non esse dicendum Deum tantum voluisse sal-
uare prædestinatos, sed voluisse saluare omnes:
voluntatis autem suæ propositum in solis præde-
stinatis impleuisse.

Cui consonat illud 1. Timoth. 4. speramus
in Deum viuum, qui est saluator hominum omnium, maxi-
mè fidelium. omnium quidem sufficienter, maxi-
mè verò, id est, efficaciter fidelium, vtique
in fide viuam ambulantium, & perseverantium,
vnde Theophyl. Laet. ibi, Omnes quidem vult saluos
fieri, maiorem tamen diligentiam, (id est, prouiden-
tiam,) erga fideles ostendit. nec alia certè videtur
fuisse mens D. Augustini, simpliciter enim in-
tellexit Deum velle omnes homines lapsos in Ada-
m saluare per Christum, vt cap. 18. ostendimus
ex lib. de spirit. & lit. cap. 33. vbi hac ratione di-
cit infideles contra voluntatem Dei facere, cum
nolunt credere, cum voluntas Dei sit saluandi illos
omnes quantum est ex se: ad maiorem autem ab-
undantiam & suæ doctrinæ defensionem voluit in
aliis locis explicare, quomodo verba Pauli etiam
de voluntate efficaci & consequenter intellecta ve-
ram interpretationem habere possent, quamuis
re vera, & absolute loquendo, necessaria non sit;
& ad eundem modum exponendus est Fulgen-
tius. Nam licet in illo cap. 31. nimium illi ex-
positioni insistere videatur, tamen cap. 29. mo-
deratius loquitur, vbi significat Pelagianos ita
verba Pauli interpretatos esse, vt sentirent Deum
non aliter velle saluare electos, quam reliquos,
vnde ait hanc Dei voluntatem sicut in valis
miseri cordia, sic & in valis iræ accipien-
dam existimant, & in fine concludit, prou-
dam existimant, quæ omnes homines vult
de hi, qui voluntatem Dei, quæ omnes homines
saluos fieri, æqualem circa redimendos & dammandos
existimant, cum interrogati fuerint, cur velit Deum
eximant.

omnes homines saluos fieri, nec tamen omnes salui fiant, quid respondebunt? Vbi non solum non negat, sed potius supponere videtur Deum velle omnes homines saluos facere; sed addit non aequaliter omnes, nam quosdam vult saluare absoluta & efficaci voluntate, qui etiam suo modo sunt omnes, quia in effectu nullus saluatur, nisi quos Deus isto modo vult saluare, & voluntatem Dei ait esse principium omnis gratiae, quod etiam cum proportione verum est, nam in electis est principium gratiae efficaciae, in aliis sufficientis.

7. Et iuxta dictam expositionem etiam veritatem hanc confirmant alia sacra Scripturae loca, quibus vniuersalis redemptio Christi comprobatur, vt ex illo Psalmo 129. *Apud Dominum misericordia, & cōpropterea apud eum redemptio.* quem exponens Paulus 1. Corinth. 15. ait, *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo uiuificabuntur, & apertius 2. Corinth. 5. Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sumus, & pro omnibus mortuus est Christus. Rom. 5. Nam sicut delictum, ita & donum; si enim vnus delicto multumortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vniuersi hominis testu Christi implebitur abundanti.* vnde infra concludit, *Ignare sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vite.* At verò per Adā peccatum omnes omnino homines lapsi sunt; ergo per Christum omnes sunt iustificati, saltem quoad sufficientiam, quantum est ex parte Dei omnes reconciliati sunt; omnibus ergo parata sunt per Christum sufficientia auxilia, quibus saluari possint, nam, vt dicitur ad Coloss. 1. *In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliare omni in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sine qua in caelis, sine qua in terris sunt, in cap. 2. in cōsolentibus ad omnes loquens ait, & vos cum mortui essetis in delictis, & praeputio carnis vestrae conuincit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, affigens illud cruci; & tandem ad Eph. 1. Vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suae secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum inhaerere omnia in Christo. & infinita similia in Scripturis inueniuntur, quibus aperte docemur omnes homines affectos esse in Christo remissionem peccatorum, & diuinam reconciliationem. Vnde cum non omnes in effectu illam obtineant, necesse est vt saltem sufficienter, & quantum est ex parte Dei illam consequantur, quod verum esse non potest, nisi omnes aliquo modo auxilia sufficientia ad salutem recipiant, quae ratio locupletari potest ex Irenaeo lib. 5. cap. 17. & Origen. Homil. 20. in Numer. lib. 5. cap. 33. moral. cap. 14. vnde hoc etiam confirmant testimonia supra adducta, ad probandum auxilium sufficiens, quia omnibus hominibus perueniuntibus attribuitur quod salui non fiant: non posset autem hoc attribui eis, nisi haberent in manu sua omnia necessaria auxilia, vt cap. 2. ostendimus: ergo haec dantur omnibus, & in capitibus sequentibus ad particulares hominum status descendendo, id amplius ex Scriptura confirmabimus.*

Ratio autem huius veritatis cum totum hoc negotium humanae salutis ex supernaturali gratia pendeat, eisdem testimoniis, ac principiis reuelatis sumenda est; habemus enim ex Scriptura Deum creasse homines propter felicitatem aeternam, ex quo principio aperte sequitur debuisse illis dare sufficientia auxilia ad illam consequendam, quae ratio non minus procedit post peccatum primi hominis, quam antea, quia etiam post illam lapsum noluit Deus naturam humanam illa beatitudine priuare; sed in hoc etiam statu

natura lapsa voluit omnes homines ad eundem finem multiplicare, & in via ad eandem beatitudinem constituere, & ab hac ordinatione & à statu viatoris neminem excepit; ergo ratio sapientis prouidentiae postulabat, vt omnibus sufficientia media prouideret. Præterea huius prouidentiae euident argumentum sumitur ex Christi redemptione, vt diximus; docet enim fides Deum voluisse redimere omnes homines lapsos, & per Christi mortem illam redemptionem consummatam esse; ergo hinc recte colligimus Christum omnibus meruisse omnia necessaria auxilia quibus salutem consequi possent, ergo inde optime inferitur omnibus dari aliquo modo. Probatur consequentia, quia illud meritum est efficax, & de rigore iustitiae, & ideo illo supposito non posset Deus iussu debitum praeium illi non conferre.

Dices, hoc argumento probaretur omnes etiam esse cum effectu saluandos, propter Christum. Instauratur Respondetur negando sequelam, quia non hoc respondetur. meruit Christus, nec ad hoc obicit Christus sua merita respectu omnium, sed tantum respectu electorum, quibus iuxta Patris agnitam voluntatem simpliciter efficacia dari voluit, & pro illis impetrandis merita sua in particulari obtulit. Cæteris verò auxilia sufficientia promeruit, & vt essent efficacia, si ipsi vellent, vel non resisterent; Multis De tandem rationes congruentes huius prouidentiae attributis ex multis attributis diuinis desumi possent, nam congruit in primis valde consentaneum est diuinæ bonitatis nullum excludere, vt nullum à participatione suae gratiae ex se recludere, & vt neminem deserat, nisi prius deseratur ab ipso. Deinde est etiam diuinæ misericordiae decentissimum, vt neminem à participatione redemptionis & remissione peccati ex parte sua excludat. Præterea si respectum ad Christum, & eius passionem consideremus, est illi hoc ex iustitia debitum. Denique est valde consentaneum prouidentiae generali, & quasi legali, & distributivae iustitiae, vt à participatione praeij generaliter omnibus propositi, & medicinae omnibus sufficientis & superabundantis neminem ex se repellat, sed potius omnibus sufficienter prouideat.

Ad primam igitur dubitandi rationem responsum iam est, assumptum esse falsum, nam Deus Respondetur quantum est ex se, omnes saluare vult, & cu ad rationem pit: nec Augustinus hoc negat, licet verba Ad dubitandi, postoli interdum aliter interpretetur, vt iam diximus, nec ob illam interpretationem Augustini doctrina haec in se incerta redditur, item quia non nititur solum illis verbis Pauli, sed etiam aliis firmissimis fidei fundamentis, tum etiam, quia licet Augustinus addat alios sensus, non intendit hunc excludere, quem aliis locis tradit, sicut etiam Prosp. magnus, Augustini discipulus, & acerrimus eius defensor, eum interpretatus est, altera verò difficultas quae per modum replicae ibi proponitur, postulat modum huius sufficientis auxilij, praesertim in infidelibus, quem in sequentibus capitibus fusè tractabimus.